Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



copia col. 2. circa med: Vers: praeterea. Paul: de Castr: cons: 347. incip: Quia circa n. 4. lib. 1. Dec: cons: 517. n. 7. Grauet: cons. 701. n. 57. in prin.

Huc pertinet quod traditur per possessionem declarari quid ueniat ratione pertinentiarum Paris: cons: 3. n. 10. et 11. Vol. 4. Laurent: Kircho: cons: 10. n. 51. Vers. & hoc quidem tomo. 5. Variorum consiliorum, ut ob id Jurisdictio (: licet eius nulla mentio facta fuisset:) in Castri concessione etiam comprehensa censeatur, Bald: d: cons: 245. lib. 3. & alij. Imo etiam regalia inclusa intelligantur Dec: cons: 517. n. 7. Grauet: d: cons: 701. n. 57. in prin:

Quod si etiam uerba dispositionis aut concessionis sint ambigua uel obscura, ex modo utendi ea declarantur, per L. si seruus plurium in fin: ff. de Leg. 1. L. nummis ff. de Leg. 3. L. semper in stipulationibus ff. de Regulis Jur: Bart: in L. caetera §. fin: ff. de Leg: 1. & cons: 59. n. 6.

Et in tantum efficax habetur obseruatio subsequens ad interpretationem faciendam, ut offendere uerba liceat, quo secundum obseruationem